Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0001-0

71
Bél 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0002-5

28

VOTIVI APPLAVSVS

QVIBVS

VIRVM GENEROSVM, STIRPISQVE PROSAPIA NON MINVS QVAM DOCTRINAE DIGNITATE INSIGNEM

DOMINVM GABRIELEM PELARGVM,

NEOGRAD. NOBIL. HVNGARVM

SS. THEOL. ET PHIL. CVLT. INDEFESSVM,

CVM IS

STVDIIS IN ACADEMIA WITTEBERGENSI VALEDICERET, PATRIAMQVE REPETERET,

COMITABANTVR

CIVES HVNGARI.

Die 26. April. Anni MDCCXIV.

VITEMBERGAE,

FORMIS EXSCRIPSIT KOBERSTEINIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0003-1

AOnides quondam nomen celebrare Pelargi
Sveverunt, clarum nobilitate decus.
Nec Tua laus vivax obſcura Pelarge jacebit:
Præmia jam ſtatuit Patria larga Tibi.

Ita ominabatur

Joan. Richter, SS. Th. C.

PErgis ovans mecum, ſemper mihi fidus Achates
Aſpectum Patrii limina grata ſoli.
Perge ergo felix habeas proſperrima quæque
Quæ Te tot meritis promeruiſſe puto.

Generoſo Dom. Gab. Pel. Fratri & per triennium Contubernali ſvaviſſimo appoſuit propediem abiturus

Alexander Gerhart, J. U. S.

FLammiferum Phæton conſcendens Titanis, auſu
Præcipiti Currum, mente ferente Polum,
Suſtinuit minime ceptos abſolvere greſſus,
Voti compos & haud eſſe ſui potuit,
Quippe ruit qui ſidereo delapſus ab Axe
Cum ſaltem primum carperet artis iter.
Virtutum pariter Tu Currum ſcandere Civis
Auſus es at longe proſperiore modo:
Nam Tibi pro libitu ceſſit feliciter omne
Quicquid tendebas auxiliante DEO,
Atque neceſſe licet fuit atris paſſibus ire,
Porro tamen vicit mens generoſa tua:
Poſitus in curſu de Cœlo Viribus auctus
Fortiter urſiſti quodque laboris opus,
Ac tandem revehis Currum Virtutis amoenum
In Patrium gaudens ex Helicone ſolum.
Vnde Tibi Muſæ noſtræ gratantur ovando
Et votis certant corde precante ſimul,
Vt DEVS omnipotens cinctum Virtutibus almis
Te regat ad laudem Nominis usque ſui:
Nunc autem tribuat tractus ſuperare Viarum,
Mox facie læta cernere Pannoniam.

Hæc in abitum Generoſi ac Nobiliſſimi Domini Civis deproperabat

Samuel Sartorius, SS. Th. St.

Cſetnek. Hung.

TEmpore præſenti nonne hæc meminiſſe juvabit:
Per varios Caſus quomodo tanta potes?
Mundanam placuit prudenter linquere ſortem
Atque DEo vitam velle ſacrare ſuam.
Gnaviter intuitus doctorum arcana Librorum
Doctrinam ſanam, credito, mente tenes:

Nec

Nec mirum: quoniam poteras in ſede LVTHERI
Auſcultare VIROS, qui omnia vera docent.
Ergo redi Literis, Studiisque potenter onuſtus
Iu Patriam dulcem ducere bella DEI
Numinis auxilio doctùrus rite popellum
Atque Lupos, Fratris pelle ſubinde malos
Novit enim ſapiens, Eccleſia quanta pericla
Suſtinet a multis. Tempora peſſima ſunt!
Tu tamen e contra conſtans audentior ito
Et quæ ſunt Chriſti milite digna geras.
Novi cur properas, quia nominis omen habere
Exoptas citius, quod docet eſſe pium.
Confecto ſenio vis ſubdere terga PARENTI
Sic vere verus nonne πελαργὸς eris?
Attamen interea Patriæ ſubmitte Lacertos,
Amplificare ſtude Relligionis opus.
Præmia ſic referes a Coetu plurima ſacro
Te ſimul in Coelis ſancta Corona manet.

Ita cum Voto omnis apprecationis Nobil. Dn. Concivem comitabatur
Jo. Schmidt, Alnovia Gömm. Hung.
SS. Theol. Stud.

VErgnügte Sommers-Zeit/ und höchſterwünſchtes Leben/
Beglückte Frühlings-Luſt/ die dich nach Hauſe weiſt
Betrübter Augenblick/ der dich heiſt Vale geben
O zu geſchwinder Schluß/ der dich von hinnen reiſt.
Bricht Dir nicht itzt mit mir/ Dein Abſchied ſelbſt das Hertze
Bekenſt Du nicht daß nun/ das Band der Freundſchafft trent.
Nein/ nein/ mein Gabriel, du weiſt daß ich nicht ſchertze/
Du ſiehſt daß meine Bruſt/ zu dir aus Liebe brent
Drum laſſe mich mit Dir/ ſtets in Gedancken gehen
Erlaube daß mein Hertz/ an Deinem feſte hengt
So kannſt Du zweifelsfrey/ mit anderen geſtehen/
Daß Euer Frühauff ſtets/ auff Euer Wohl gedenckt.
David Frühauf, Leuſch. Hung.

NObilis es natus; magis at Te nobilitarunt
Virtutes Tibi quas Leucoris alma dedit.
Talibus in Patriam perdulcem pergito cultus,
Excipiet tantum plauſibus illa Virum.
Michael Kerrmann Mijav.
SS. Th. & Phil. Stud.

AD natale ſolum pergis, patriosque penates,
Vt ſpes & votum grata referre queant
O utinam noſtrum quæ Mens ſuſpiria ducit
Et tua contendunt commoda, certa forent.
Vt tuti fines nullis quaſſique procellis
Jam mox in primo limine læta darent.
Joſephus Richter.

So

SO zieh' Er Werthſter Freund / in ſeine Vater-Stadt /
Es iſt des Himmels Schluß man muß den Orth verlaſſen /
Wo Weißheit ihren Sitz und feſte Wohnung hat /
Wo der nur ſelbſten will / was rechtes hat zu faſſen.
Nun leb und reiß' Er wohl der Himmel hats geſchickt /
Er laß das Vaterland des Fleiſſes Frucht genieſſen /
So trifft mein wünſchen ein / die Eltern ſind beglückt /
Weil Sie nun ihren Sohn / in voller Freude küſſen.

Elias Sartorius, Caſſov-Hung.

Plena, (a) theſauro quoniam PELARGE
Vaſa, Divino teneas, profectus
Prome, ſpectatus, Patriæque in uſus
Spargito egenæ.
Scripta quam Jovæ profitentur, (b) undæ
Particeps es; ſit, ſtatuat ſuperba
ſe cohors tantum, hanc pietate ficta
Poſſe mereri.
I tamen! verbo recreare gentem,
Quod Tibi Numen dederat, paternam.
I! precor Dux ſit ſociusque Jova
I pede fauſto!

(a) Matth. XII. 35. (b) Joh. VII. 38.

Georg. Lendvay, Hung. SS. Theol. Cult.

Nonne redire paras quando ſimul omnia vernant.
Et gaudes Patrii tecta ſubire ſoli?
Tanta meo voto poteris præſtare quiete
Nam ſtudiis clarus dogmata ſana refers.

Daniel Fiſcher, Keſm. Hung. Med. St,

I prodi, FAVTOR pulcherrima præmia palmæ
Laudis & æternæ munera digna feres.
Ergo, macte animo, properandi calcar habebis
Cum proſtet ſummi dextra benigna Dei.

Joſephus Eccard. Keſm Hung.

GABRIEL PELARGVS.
Anagramma
Libere Grus Plaga

Tandem natales lingvit Grus ſponte Penates
Alis dum levibus fors adolevit ovans:
Tunc trepidis pennis liquidas errumpit ad auras
Inque Plagas Boreas ſorte beata volat,
Gutture dat plauſus, fruitur quod libera Coelo
Nec patitur triſtes ire redire diei.
Nomen & omen habes & Tu virtute paratum
LIBERE ab hac dum vis GRVS volitare PLAGA
Lingvis Leucoreos nidos virtutis adultus
Pennis Pieriis æthera docta petis.
Jam volitas felix, umbra comitatus honoris
Quaque viam monſtrat gloria, vadis ovans
Ergo vade velox, peregrinas deſere Terras
Et Patriæ dulci nidificato ſolo.

Franc. Bibitthy Horvatth Legind.
Hung. SS. Th. & Ph. St.

Miles poſt pugnas, & Prælia fortiter acta
Ad Patrios defert ſpolia grata focos:
Et Tu miles eras in Caſtris Palladis almæ,
Dum gereres fortis prælia mente tua
Ergo jam referas ad Patria tecta Tryumphos
Et ſpoliis doctis condecorato Lares.

Chriſt. Mazarius, Vetuzol. Hung. SS. Th. St.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0006-7

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0008-9

28

VOTIVI APPLAVSVS
QVIBVS
VIRVM GENEROSVM, STIRPISQVE PROSAPIA NON MINVS QVAM DOCTRINAE DIGNITATE INSIGNEM

DOMINVM GABRIELEM PELARGVM,

NEOGRAD. NOBIL. HVNGARVM
SS. THEOL. ET PHIL. CVLT. INDEFESSVM,

CVM IS
STVDIIS IN ACADEMIA WITTEBERGENSI
VALEDICERET, PATRIAMQVE REPETERET,
COMITABANTVR

CIVES HVNGARI.

Die 26. April. Anni MDCCXIV.

VITEMBERGAE,
FORMIS EXSCRIPSIT KOBERSTEINIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720874-p0009-8